



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Andreæ Vallensis Vvlgo Del Vavlx Andanensis, I. V. D. Et  
In Alma Academia Lovaniensi SS. Canonum Professoris  
Ordinarii, Paratitla Ivris Canonici Sive Decretalivm D.  
Gregorii Papæ IX. Svmmaria Ac ...**

**Delvaux, André**

**Coloniæ Agrippinæ, 1686**

Tit. 47. De purificatione post partu[m].

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62177](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62177)

causâ & absque potu. Et dicendum, licitam esse ex consuetudine, quæ in jejunijs magnam vim obtinet. Huius autem quantitas est, quam pro diversitate locorum & personarum consuetudo recepta tenet: nec enim eadem omnibus ob regionum & personarum diversitatem præscribi potest. Non licet tamen hanc collationem sumere mane aut meridiæ, cætera in vespere dilata, nisi subsit aliqua iusta causa: v. g. si iter aliquod sit insuperandum, negotium peragendum, aut debilitas moram non patiatur.

5. Tertio denique consistit observatio jejunii in certa refectiois hora, quæ hodie ex consuetudine passim recepta est circa meridiem: non quidem quasi tunc necesse sit cibum sumere, cum postquam, & quidem cum majori merito abstinere toto die; sed quia non liceat ante illam horam notabili tempore cibum sumere. Quamquam probabilius sit, talem anticipationem, seposito contemptu, tantum veniale esse peccatum, *juxta* Innoc. Joann. Andr. Ancharan in c. 1. h. 1. quia non violatur substantia jejunii, quæ consistit dumtaxat in abstinentia ciborum vitiorum & secundæ refectiois, sed solum circumstantia quædam accidentalis, quæ manente substantia jejunii, variari potest, & successu temporis magnam varietatem in Ecclesia habuit. Vide Covar. lib. 4. Var. resol. c. 20. ubi doctissime de jejuniarum quæ Ecclesia Catholica Christianis indixit, ordinatione & origine tractat.

### TITULUS XLVII.

## De purificatione post partum.

1. Lege Moysaica mulier post partum purificationem debuit.
2. Hodie id consilium est, non præceptum.

Quemadmodum jejunia ob devotionem & venerationem Sanctorum inducta fuerunt; ita & purificatio post partum inducta fuit ob reverentiam Ecclesiarum, \* 1. Et quidem lege Moysaica mulier post partum

immunda habebatur; ideoque si masculum enixa esset, areebatur à templo triginta tribus diebus, si puellam, sexaginta sex, *Levit. 12. can. 1. Dist. 5.*

2. Cæterum lex illa Moysaica, quippe ceremonialis, per mortem Christi sive legem Evangelij abrogata fuit: & ideo hodie statim à partu mulier ætura gratias ingredi Ecclesiam potest, si voluerit; ac pœna, quam in partu patitur, vertatur illi in culpam, quasi in partu peccaret, *c. unico h. t. can. Si mulier Dist. 5.* Si tamen ex veneratione voluerit aliquid abstinere ab Ecclesia, devotio ejus non est improbanda, *d. e. unico.* Bonarum quippe mentium est, ibi culpas suas agnoscere, ubi culpa non est, quia sæpè sine culpa agitur, quod venit ex culpa, ut ait D. Augustinus. Unde etiam cum elurimus, sine culpa comedimus, quia ex culpa primi hominis factum est, ut iuriremus, *can. ult. d. Dist. 5.*

### TITULUS XLVIII.

## De Ecclesijs ædificandis vel reparandis.

### §. I. De ædificandis Ecclesijs.

1. Ecclesia nomine quid hic veniat.
2. In Oratorijs præsentia Missam celebrare non licet.
3. Ecclesia de novo ædigi non debent sine auctoritate Pont. vel Episc.
4. Et nisi eis dos competens adsignetur.
5. Ecclesia nova ædificatione nasci non debet vicinis ædibus.
6. Ne præjudicium inferri antiquæ Ecclesie.
7. Leprosis permittitur Ecclesiam propriam habere.
8. Item Episcopo Ecclesiam novam construere ex rebus Ecclesie sue.
9. Episcopatus de novo institui possunt.

Præcedentibus Titulis actum est de Ecclesiarum sive templorum consecratione, earumque & Sanctorum veneratione: non